



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

In Missa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](#)

*celebrandi form.* 27

ex PP. sententijs, tum  
ante rem diuinam, tum  
post eam usui futuras,  
quasi quosdam pietatis  
igniculos, ut ijs confi-  
derādis immorari pos-  
fint, qui id præstare  
maluerint, quam quæ  
fusius tradita sunt pro-  
nunciare.

---

I N M I S S A.

**T**Res omnino diui-  
næ huius actionis  
comites esse necesse  
est, Reuerentiam, At-  
tentionem, Deuotio-

B 2 item.

28 *Facilis deuotè*  
nem. Reuerentia mo-  
tus omnes exteriores  
componit, ut modeстè,  
grauitér, decenterque  
fiant, prout inter fre-  
quentes Angelorum  
cœtus, atque sub oculis  
diuinæ Maiestatis  
versari æquum est. At-  
tentio mētem retinet,  
ne circùm aliena de-  
fluat, atque intra ea,  
quæ aguntur, coércet.  
Deuotio voluntatem  
inflammat, ne ad hæc  
sacra languidè, atque  
ex consuetudine, sed  
nouo semper cum fer-  
uore, Deiq. placandi,

co-

celebrandi form. 29  
colendi, propitiandiq.  
studio accedat.

Atque hæc quidem  
vninersim dicuntur: quæ  
verò sequuntur, singil-  
latim. Principiò prode-  
rit legisse aliquem ex  
ijs Autoribus, qui sa-  
crofanci sacrificij ri-  
tus, actionesq. singu-  
las explicando enuclea-  
runt. Mirū enim quan-  
tum inde pietatis, ac  
venerationis accedat.  
Præstiterunt id inter  
ceteros. S. Dionys. c. 3.  
Eccles. bierarchiæ, Ger-  
manius Constantinop. in  
rerū Ecclesiasticarum

B 3 theo-

30 Facilis deuotē  
theoria, quæ habetur  
tomo 8. Biblioth. Colon.  
Ordo Romanus de di-  
uinis officijs ibidem,  
Amalarius Fortuna-  
tus Ecclesiasticorum  
officiorum lib. 3 qui ha-  
betur Tom. 9. Biblioth.  
Honorius Augustodu-  
nensis lib. de antiquori-  
tu Miffarum, qui ha-  
betur Tom. 12. D. Tho-  
mas opusc. 66. D. Bo-  
nauent. in Expositiose  
Missa, Guillelm. Du-  
rādus lib. 4. diuinorum  
officiorum, Ioan. Ste-  
phanus Durantis de  
ribus Ecclesia lib. 2.  
Ludo-

celebrandi form. 31  
Ludouicus à Ponte  
Tomo 4. Christ. Perf.  
Tract. 2. Ioan. Bapti-  
sta Scortia de sacrificio  
Missa lib. 3 & alijs non  
pauci.

Secundò statuēdum  
est, nihil præcipi vtilius  
posse quām vt Sacer-  
dotis animus ijs, quæ  
toto diuinæ Liturgiæ  
decurso peragūtur fir-  
miter adhæreat; pro-  
cumbat nimirum non  
animo minus quām  
corpore cùm procum-  
bendum est, adoret,  
laudet, credat, offerat  
vbi id præstat Ecclesia;

B 4 quan-

32 *Facilis deuotè*

quādo nihil ijs, quæ eo  
tempore dicuntur, aut  
fiūt dici, aut fieri po-  
test *augustius*.

Tertiò nihilominus  
quia ferè fit, vt animus  
parum recti tenax ho-  
rum mysteriorum af-  
fuetudine, & vſu vagē-  
tur, ideò quibusdam  
quasi vinculis pietatis  
adstringendus est, &  
retinendus. Vincula  
pietatis appello pra-  
xes quasdam, & formas  
non quibus prægraue-  
tur animus, sed quibus  
ita contineatur, vt si-  
mul etiam excitetur,

cri-

*celebrandi form.* 33

erigaturque: cuiusmodo sunt quae subdam.

Placuisse profuit cum eo affectu accedere quo se iuuari potissimum sentirent, aut quem tunc in se experirentur, & in eo, toto Missæ tempore perdurare. Exemplum esto, quod à B. P. Francisco Borgia ex Duce Gandia Societatis I e s v Præposito Generali factatum legimus. Affiebatur in primis sui demissione, eiusq. occasiones modis omnibus conquirebat: sed

B 5 præ-

34 *Facilis deuotè*

præcipuè cùm ad tre-  
menda mysteria acce-  
deret , eo sensu totus  
perfundebatur . Dum  
se ad rem diuinā com-  
pararet , veniebat in  
mentem Christum Do-  
minum antequam hoc  
sacramentum institue-  
ret ad Iudæ pedes ac-  
cidisse . Tum verò se  
proditorem esse cōfes-  
sus ad quem Christus  
accederet suis se lacry-  
mis proluebat . Dum  
sub imum altaris gra-  
dum staret , diuini illius  
mandati memoria re-  
currebat , quo ne quis

fu-

*celebrandi form.* 35

fumantem mōtem attingeret, accederetue olim cauebatur, quod sibi imprimis tanquam hominum vltimo inculcari existimabat. Dum Angelicam hymnodiā, Gloria in excelsis, proferret, pudore suffundebatur immēso, quid cæleste canticum ore polluto decurreret.

Dum Collectas recitaret, erubescerebat scilicet quid inter Deum, & homines sequester esset, qui toties alios ad illicita pertraxisset.

Dum Epistolam legē-

B 6 ret,

36 *Facilis deuotè*  
ret , Egone,inquiebat,  
vt diuina depromam  
oracula , qui tandem in  
cathedra pestilentiae  
sedi? Dum Euangelium  
pronunciaret , Apage,  
aiebat,hunc Euangelij  
præconem , qui Euan-  
gelij leges omnes vio-  
lauit . Ad Offertorium  
¶a secum . Tune vt  
æterno, parenti filium  
offeras cui mortem ac-  
cessisti ? At quò pro-  
piùs ad diuinæ hostiæ  
consecrationem acce-  
deret , eò validius in-  
clamari sibi sentiebat  
illud Christi Domini

ver-

verbum , Ecce venit  
hora , & filius hominis  
tradetur in manus pec  
catorum. Inter sumen  
dam autem diuinam  
hostiam dici non po  
test quibus verbis in  
dignitatem suam incu  
saret, quibus se probris  
oneraret, quantaq. de  
missione admisforum  
veniam postularet. Ita  
vir sanctus in abiectionis  
spiritu perseuera  
bat ad sacrificij finem,  
nec ab eo inter gratia  
rum actiones discede  
bat . Quæ aliquantò  
pleniùs à me idcircò

com-

38 *Facilis deuotè*  
commemorata sunt, ut  
quisque intelligat id-  
ipsum in alijs qnoque  
affectionibus Amoris, Cō-  
fidentiæ, Timoris, Re-  
uerentiæ, Adorationis,  
Glorificationis, Gra-  
tiarum actionis, cæte-  
risq. præstari posse,  
prout quilibet fuerit  
constitutus.

Non defunt, qui to-  
to Mis̄e tēpore Deum  
intueantur sub ea for-  
ma, & habitu quem  
sibi eo die proponunt,  
putâ die Dominica, ut  
Regem. Atque ita  
dum ad altaris gradus  
stant

stant initio, sibi videntur coram Rege multorum scelerum rei assistere. Dum deinde laudant, vel adorant, inter Regios aulicos versari, & simul cum ipsis cælesti ministerium obire; atque ita de cæteris. Idemq. de reliquis diebus esto iudicium.

Sunt, qui secundum varia anni tempora Christum Dominum sub oculis habeant, aut conceptum, aut natum, aut vitam absconditam agentem, aut docentem,

40 *Facilis deuotè*  
tem, & miracula pa-  
trantem, aut Patien-  
tem, aut Resurgentem,  
aut in cælum ascéden-  
tem, aut Spiritum fan-  
ctum mittētem. Exem-  
pli causa; Toto Aduen-  
tus tempore ipsum in  
Beatæ Virginis vtero  
clausum venerantur,  
& rem diuinam ita pe-  
ragunt, vt siue initiò  
de peccatis conteran-  
tur, siue deinde laudēt,  
adorent, benedicant,  
offerant, &c. omnia  
sub eius conspectu fa-  
ciant, atque ad ipsum  
quasi præsentem refe-  
rant:

*celebrandi form.* 41  
rant: & ita de cæteris  
anni temporibus.

Sunt qui hebdoma-  
dæ dies ita partiantur,  
vt memores se pro ho-  
minibus eo maximè  
tempore legatione fun-  
gi, legationem suam sic  
adornēt, vt in frequen-  
ti semper cœtu versen-  
tur, hoc ferè modo.  
Die Dominica illud si-  
bi proponunt, In con-  
spectu Angelorum psal-  
lam tibi, &c. atque ita  
choros omnes Beato-  
rum spirituum aduo-  
cant. Tam nobili cœ-  
tu stipati ad Deum ac-

ce-

42 *Facilis deuotè*  
cedūt, & in altaris imo  
gradu indignitatem  
suam imprimis profi-  
tentur; deinde reliqua  
præstant, quæ in Missæ  
progressu facienda sunt.  
Die Lunæ procedunt  
comitantibus Patriar-  
chis: atq; ita deinceps  
de Prophetis, Aposto-  
lis, Martyribus, Con-  
fessoribus, Virginibus.

Sunt denique ( ne  
plura congeram ) qui  
diuinam Liturgiam in  
septem veluti statio-  
nes diuidant, & in sin-  
gulis aliquandiu con-  
quiescant. Prima statio  
Con-

Contritionis est , seu  
Pudoris, eaq.ad altaris  
gradus peragitur,vbi se  
Sacerdos diuino quasi  
judicio sistit , & noxas  
confessione expiat. Se-  
cunda Glorificationis,  
seu Benedictionis,eaq.  
Missæ introitu,quo fe-  
rè diuinæ laudes , de-  
cantantur , & Angelo-  
rum carmine, Gloria  
in excelsis,continetur.  
Tertia Doctrinæ , seu  
instructionis, eaq.Epi-  
stolam, Euangeliumq.  
complectitur , quibus  
salutis monita siue à  
Christo Domino , siue  
ab

44 *Facilis deuotè*  
ab Apostolis, aut Pro-  
phetis tradita compre-  
henduntur, quæ præci-  
pua quadam cum re-  
uerētia suscipi æquum  
est. *Quarta Fidei, eaq.*  
*Niceno symbolo ab-*  
*soluitur. Quinta Obla-*  
*tionis, eaq. in primis*  
*continet hostiæ saluta-*  
*ris oblationem, deinde*  
*cōmemorationem eo-*  
*rum omnium, quæ siue*  
*ante Canonem, siue ini-*  
*tio Canonis Deo com-*  
*mendantur. Sexta Cō-*  
*munionis, eaq. à verbis*  
*illis (Communicantes,*  
*& memoriam facien-*  
*tes)*

*celebrandi form.* 45  
tes) usque ad postcom-  
munionem protendi-  
tur. Ibi Sacerdotis ani-  
mus quasi in sublime  
erigitur, & cœlestibus  
ad miscetur choris; ibi  
Christum præsentem,  
venerantur, & per va-  
rios affectus exultatio-  
nis, amoris, spei, &c. se  
ad diuinam vniōnem,  
quæ Communione pe-  
ragitur, disponit. Se-  
ptima denique Gratia-  
rum actionis est, eaq.  
Orationibus illis, quæ  
Communionem con-  
sequuntur, definitur.

Ex his facile est cui-  
uis

46 *Facilis deuotè*  
uis modos alios finge-  
re, quibus animus inter  
celebrandum erigatur.

---

POST MISSAM.

**T**Res affectus se-  
quentes Sacrifi-  
cium excipient, Gra-  
tiarum actio, & Vox  
laudis: Oblatio sui: at-  
que Petitio: quos item  
per singulos hebdoma-  
dæ dies variare fortè  
erit operæ pretium, ut  
satietas, ac languor,  
quæ cōsuetudine alun-  
tur, evitentur.

A D-